



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 72. Officiosa salutatio Cæsaris, atque Angliæ Regis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1520.

§. LXXII.

*Officiosa salutatio Cæsaris atque Angliæ Regis.*

**H**enricus in Regnum suum maritimo itinere reverti differebat, donec Cæsarem officiosa salutatione, qua præventus erat, vicissim honoraret. Ergo decima Julii Gravelinum petiit, eodemque die Caletum remigravit. Postera vero die Imperator unacum Margarita amita sua Belgii Gubernatrice Henricum Caleti invisebat, ac integro triduo ibidem cum illo versabatur. Ea de re Francisci I. animus inquietissimo cogitationum turbine haud parum agitabatur, nec sua suspitioni ratio deerat; quippe primi foederis postea Cæsarem inter & Henricum initi fundamenta in hoc ipso colloquio jacta creduntur; ait enim Antonius de Vera Scriptor coævus, Angliæ Regem in Cæsaris amplexus effusum dixisse: „Vale! co-  
„ lendissime frater, dilecte Nepos! ex  
„ divinæ providentiæ consilio tres ille  
„ potentissimi hostes adversus te concita-  
„ ti tibi sunt debellandi, faxit Deus, ut  
„ tibi suo quoque auxilio assistat. „ Cui Carolus reposuit: „Deo sit gloria, quod  
„ is, qui mihi tres opposuit hostes, tria  
„ quoque eos vincendi media suppedita-  
„ verit, nempe animum, vires, atque  
„ aucto-

„ auctoritatem. „ Quamvis vero Angliæ Secul. XVI.  
 Rex clarius mentem suam non explicaf- A.C. 1520.  
 set, haud obscure tamen Cæsar agnove-  
 rat, quinam essent hi tres hostes; horum  
 quippe primus erat Franciscus I. Gallia-  
 rum Rex, nam is nuper Imperii æmulus  
 se neglectum ægerrime ferebat. Alter  
 extitit Solimanus II. Turcarum Impera-  
 tor, qui Selimi Patris sui Successor cru-  
 enta in Christi fideles fovebat consilia.  
 Tertius denique fuit Martinus Lutherus,  
 quem Rex Angliæ flagellum iræ divisæ  
 adversus Christianos appellaverat, eum-  
 que edito libello, cujus brevi mentionem  
 faciemus, paulo ante impugnaverat.

## §. LXXIII.

*Cæsar Gandavum perveniens, ur-  
 bemque ingressus.*

Posthæc Imperator Fleffingæ in Zeelan-  
 dia secundis ventis appulsus, Gan-  
 davum contendit, eoque paucorum die-  
 rum navigatione pervenit. Ibidem obvi-  
 um habuit Ferdinandum fratrem suum,  
 unacum viginti quatuor primi Ordinis  
 Proceribus. Ergo Imperator Gandavum  
 ingreditur, belli tormentis undique re-  
 boantibus, civibusque in duos utrinque  
 ordines distributis, ac bombardas festive  
 explodentibus. Præmiserat quoque il-  
 luc Electorale Collegium Electores Pala-  
 tinum